AD MAGNIFICAT, ANT.

VIII g



QUI maior est vestrum * e-rit minístar vester, qui-a omnis



qui se ex-ál-tat humi-li-á-bi-tur, dicit Dóminus.

CANTICUM EVANGELICUM — Lc 1, 46-55



Magní-ficat * á-nima *me-a* **Dó**minum



et exsultávit *spí-ri-tus* **me** - us * in Deo sa-lu-*tá-ri* **me** - o.

quia respéxit humilitátem *ancíllæ* **su**æ. *
Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes gene*rati***ó**nes,
quia fecit mihi *magna, qui* **po**tens est, *
et sanctum *nomen* **e**ius,
et misericórdia eius a progéni*e in pro***gé**nies *
timén*tibus* **e**um.
Fecit poténtiam in *bráchio* **su**o, *
dispérsit supérbos mente *córdis* **su**i;
depósuit po*téntes de* **se**de *
et exal*távit* **hú**miles;
Esuriéntes *implévit* **bo**nis *
et dívites dimí*sit in***á**nes.
Suscépit Israel *púerum* **su**um, *
recordátus misericór*diæ* **su**æ,
sicut locútus est *ad patres* **nos**tros, *
Abraham et sémini e*ius in* **sǽ**cula.
Glória *Patri, et* **Fí**lio *
et Spirí*tui* **San**cto.
Sicut erat in princípio, *et nunc et* **sem**per, *
et in sǽcula sæcul*órum.* **A**men.

AD II VESPERAS
DOMINICA XXXI PER ANNUM
ANNO A

SECUNDUM ANTIPHONALE ROMANUM II

ORDINARIUM – DOMINICA HEBDOMADÆ III